

TRACTATUS


DE CRIMINALIS PROCESSVS

LEGITIMATIONE LIBRITRES

Quibus omnia ad materiam spectantia explanantur.

*Opus quam plura continens scitu dignissima à nemine hætenus tractata
Iudicibus, Aduocatis, Causarum Patronis, & quibusuis
alijs utile, ac necessarium.*

Cum Annotationibus ad Barbarinam Constitutionem,
& Indicibus copiosis,



AUCTORE

IOANNE ZUFFO DE FINALE MUTINEN.

CIVE, AC L. C. ROMANO.

Accessit recentissimarum Sac. Rotæ Romanæ Decisionum
Centuria, nullibi impressa.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ : 1665.

Superiorum permissu, & Priuilegio.



E M I N E N T I S S I M O,

ET REVERENDISSIMO

P R I N C I P I

FRANCISCO

CARDINALI

BARBERINO.

S. R. E. VICECANCELLARIO,

Et Sodalitatis Charitatis Protectori.


IOANNES ZVFFVS. *Fœlicit.*



Mihi tantum, &, si non Musis cecineram, vt inquit ille, certè scripseram Themidi Quæstiones, quas vt publici nunc iuris faciam amicorum hortatu impellor. Operæ pretium me tulisse credideram, & laboris, eò quod hæc de Processus Criminalis legitimatione in vnum colligendo, propriæ memoriæ consulueram,

horasque bonas nobili studio luseram, neque vnquam minus solus fueram, quàm cum solus essem. At non adeò blandiebar mihi, vt literatorum Reipublicæ me aliquando profuturum,

spera-



LIBER PRIMVS. DE PROCESSV INFORMATIVO LEGITIMANDO.



De Processu legitimando, seu de Pro-
cessu informatiuo. Quæst. I.

S Y M M A R I V M.

- Diuisio tractatus num. 1.*
- Quid sit processus propriè dictus. num. 2.*
- Processus informatiuus potius progressus probatio-
num, quam processus qui incipit à citatione. n. 3.*
- Processus informatiuus, vel prout est in fieri, vel
prout est in facto esse consideratur. num. 4.*
- Processus prout est in fieri dicitur informatiuus, prout
est in facto esse dicitur offensiuus. nu. 5. et 12.*
- Accusatori conuenit instruere causam. num. 6.*
- Quid sit instruere causam. num. 7.*
- Processus per respectum ad delinquentem dicitur of-
fensiuus. num. 8.*
- Offensiuus processus ita dicitur, quia ex eo offendenti
pena inferri potest. num. 9.*
- Offensiuus processus dicitur, quia probationes eo præ-
iudiciales continet. nu. 10.*
- Offensiuus distinguitur ab informatiuo veluti præpa-
ratorius à preparatorio. num. 11.*
- Preparatoria omnia dupliciter considerari possunt,
scilicet, veluti separata, et veluti coniuuncta. n. 13.*
- Preparata, et preparatoria efficiunt unum, et idem
et quomodo. num. 14.*
- Processus informatiuus preparatur ad offensiuum.
num. 15.*
- Offensiuus est preparatorius ad iudicium. num. 16.*

- Preparatoria, et preparata sunt separata. num. 17.*
- Offensiuus processus est pars iudicij. num. 18.*
- Pars non potest esse separata à toto. num. 19.*
- Pars est illa, sine qua res consistere non potest. n. 20.*
- Offensiuus processus est fundamentum totius iudicij.
num. 21.*
- Quod unum et idem sit præparatum, et præparato-
rius, secundum diuersos respectus non est inconueni-
ens. num. 22.*
- Processus offensiuus, et tunc pars, et tunc preparatorius
iudicij considerari potest, secundum diuersa tem-
pora, et respectus. num. 23. et 24.*



TRACTATVS

de Legitimatione Processus criminalis, duo consideranda proponere duxi; unum circa ipsum processum, alterum circa eiusdem processus legitimacionem, veluti duo cõponentia, unum aptum ad agendum contra criminosos: non erit proinde extraneum etiam de prædicto processu, ac de probationibus in eo receptis non nulla præmittere, vt inde veluti à subiecto ad qualitatem cognoscendam deueniam. Vnde occasionem, sumpsit in hoc Tractatu de tribus quæ-
rere; nimirum: Primo de Processu ip-
so legitimando. Secundo, de ipsius proces-

INDEX ARGUMENTORUM
**CENTURIA
DECISIONUM
SACRÆ ROTÆ
ROMANÆ.**

Quæ sunt additæ post Tractatum IOANNIS
ZVEFI de Criminalis Processus
Legitimatione.



R O M A E,

Ex Typographia Reu. Camera Apostolica. 1665.

Superiorum permisso, & Priuilegio.



DECISIONES

SACROTÆ ROMANÆ

Additæ ad Tractatum Ioannis Zuffi, De Legitimatione
Criminalis Processus.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Signina Iurispatronatus.

Mercurij 11. Martij 1648.

ARGUMENTVM.

Ius præsentandi probatur ex literis patentibus per spatium quinquaginta annorum continuatum à Domino factis, quæ literæ suffiunt, quod sint authenticæ, quamuis nō sint publicæ. Et immemorabilis præsentandi probatur à Vassallis Domini etiam sine interrogatorijs partis citatæ examinatis, quæ si illos vult repetere suis sumptibus debent reconduci.

SVMMARIVM.

1. Possessio præsentandi probatur ex continuatis præsentationibus, & effectum sortitis per annos quinquaginta.
2. Præcipue si de illo tempore circa beneficium vacauit per obitum præsentatorum.
3. Præsentationes probantur per authenticas scripturas, literas vel patentes cum sigillo, & subscriptione Patroni.
4. Scriptura extracta ex originalibus conseruatis in Cancellaria Episcopali fidem faciunt.
5. Patentes præsentationem eo magis probant si sint adimiculata ex enunciatiuis Ordinarium in aliis institutionum.
6. Præsentationes fieri debent per instrumenta coram testibus, & Notario rogata nec sufficiant litera patentes.

7. Concilium Tridentinum in præsentationibus faciendis requirit scripturas authenticas.
8. Difforunt inter se scriptura publica, & authentica, quia omnis scriptura publica est authentica, sed non e conuerso.
9. Consuetudo faciendi præsentationes per literas patentes valet.
10. Consuetudo inducitur per duos actus cum lapsu 40. annorum.
11. Literæ patentes habent vim præsentationis cum fuerint ad hunc effectum ordinario exhibitæ.
12. Præsentationes diurna se declarant in eo quod in aliquibus præsentantes se declarant patronos, & in aliis non se enunciantur Dominos.
13. Inspatronatus præsumitur de pertinentijs Castri, quando præsentationes factæ sunt ab ijs, qui pro tempore fuerunt Domini disti Castri.
14. Negatiua probanda est ab allegante.
15. Immemorabilis probatur etiam à vassallis etiam si fuerint examinati sine interrogatorijs Promotoris Fiscalis.
16. Testes sicut reconducendi sumptibus petentis.

DECISIO I.



Excellentissimū D. Principem Burghesiū manurenendum esse Domini dixerunt in quasi possessione præsentandi ad Rectoratum S. Stephani Oppidi Montis Fortini, quia vltra eius possessionem, titulum, ac immemorabilem vna cum præsentationibus